

Sermo

esse filium usurarii. et ille data sibi ab solutione recederet. iterum fecit eum vocari. et confessus est quod palacia in quibus habitabat et omnia que habebat pater suus adquisierat de usura. et cum sacerdos hesitaret quid ei consuleret ipse idem sicut erat infirmus iudicavit seipsum. et precepit ut nudus duceretur ad hospitale. et per manum episcopi restituerentur quae male possederat spoliatis.

Tercium est spes diu viuendi: que maxime impedit iuuenes. et in temporibus prosperantes. Contra quos dicitur ecci. xvij. **N**e demoreris in errore impiorum. qui. errant longam viam sibi sperando. ita quod vix possunt venire ad medietatem temporis sibi profici. Unde ait psal. xxxviii. **Q**uod ad hoc ordire succidit me. summum remedium contra hoc est mortis interituum. Unde ait dominus Luce. xij. **E**stote parati. quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

Quartum est desperatio abstinendi a peccatis: que maxime impedit illos qui peccandi consuetudine detinentur. Unde puer. xvij. **I**mpius cum venerit in profundum viciorum scilicet in desperationem: contemnit. Contra quod ait psal. **N**on claudet super me puteus os suum. Dureus est peccatum. De quo iob. xxxvi. **S**aluaabit te de ore angusto latissime. quia facilis est ingressus: sed non ita egressus et non habentis fundamentum subter se propter voraginem gehenne. Dureus iste tamen claudet super te os suum: si tu non claueris tuum.

Quintum est fastus mentis id est superbia latens: que maxime impedit

quadragesimus quartus

hypocritas. sicut dicitur puer. xvij. **Q**ui abscondit ea sub stratu cameli Rachel interpretatur ouis. quia isti venerunt in vestimentis ovium. id est in habitu mansuetudinis et innocentie. et furantur ydola patris sui scilicet dyaboli. et peccata occulte peccando. nec ea bene confitendo. et abscondunt sub cameli stramine. id est sub tegmine obedientie et bonae vite.

Sextum est consuetudo peccandi: que maxime impedit recidivantes. Unde tales dicunt ecclesiastici. xxxiiij.

Qui baptizantur a mortuo. id est a peccato. et iterum tangit eum. scilicet recidivando: quid proficit lavatio illius. Sed considerare debent: quod dominus non solum dimittit septies: sed usque septuagies septies.

Septimum est voluptas peccati: que maxime impedit luxuriosos. hoc est frenum dyaboli quo ducit eos ad a quas inferni. Sed dominus ait psal. xxx. **A**uferam frenum erroris quod erat in manibus eorum. quod facit cum incipiunt delectari in servicio dei. Unde ait psal. xlviij. **L**auda me ne in frango te ne intereas. Ecce quales sunt effectus dyaboli: quando ingreditur in hominem per peccatum. quibus contrariantur effectus christi. Sicut in hoc evangelio patet. quod eiecto demonio. id est peccato per infusionem gratiae: aures aperiantur ad verbum dei. oculi interiores illuminantur ad videnda eterna. lingua soluitur ad loquendum salubria. sicut de tempore gratiae praedixit psal. xxxv. **T**unc aperientur oculi cecorum. et aures surdorum patebunt. et aperte erunt linguae mutorum. quia scisse sunt petre in deserto